



Historia de vita et rebus gestis Adolphi II. Comitis Nordalbingiae Holsatorum et Stormariorum

<https://hdl.handle.net/1874/456053>

HISTORIA
DE VITA ET
REBUS GESTIS

ADOLFI II. COMITIS NOR-
DALBINGIÆ HOLSATORVM ET STORMA-
riorum: ex illustri & perantiqua Comitum Schaumburgiorum
gente: Cuius deinde stirpe editi & ijdem Schaum-
burgij & Holfatij Comites atq; Duces.

Excerpta de Annalibus HELMOLDI,
Presbyteri Butzouiensis, qui per
eadem temporavixit.

*In fine adiecimus è Crancij Saxonie Synopsin, qua gentis Schaum-
burgia primordia, & per continentes sanguinis gradus
ad auctoris usque etatem deducta propago,
tam verè quàm dilucidè ex-
planatur.*



FRANCOFVRTI
Apud Andream Wechelum,
M. D. LXXX.

STORIA
DE VITA ET
REBUS GESTIS
MAGNIFICENTISSIMI
PRINCIPIS
FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS

FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS

FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS

FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS
FRANCISCI
PRIMUS

RELIGIOSISS.

PRINCIPI, ILLUSTRIBVS

ET GENEROSIS DOMINIS, DN. HERMANNO,
Antistiti Mindensi, DN. WILHELMO, Præposito Hildesheimensi, DN.
ANTONIO, Decano Coloniensi, D. D. D. IODOCO, ADOLFO
& ERNESTO, Comitibus Holsatiæ, Schaumburgi &
Sterneberge, &c. Dominis suis
clementissimis:

S. D.

REINERVS REINECCIVS STEINHEMIVS.



*N*is, quibus res præclare gestas transmittere ad posteri-
tatem cura fuit, aliqui hanc peculiarem præstitere operã,
ut ab historia perpetua corpore seiunctas tãquam τὸ ἑο-
κωπογενεσίας instituerent. Et excelluere quidem in hoc
argumētigenere, è veteribus: Plutarchus, Æmilius Pro-
bus, Cornelius Nepos, Suetonius, Plinius Iunior: è recen-
tioribus Paulus Iouius, Georg. Fabricius, Henricus Pan-
taleon & alij. Nec caret id institutũ utilitatis fructu exi-
mio. Vt ne enim persequar singula, proponuntur tanquam
in viuo speculo & virtutum & vitiorum exempla, & ita proponuntur, ut cum illa
decus & gloria, hæc pernicies & vituperium sequantur, non possit non in eã mens de-
ferri cogitationem atq; curam, ut amare actiones honestas, & odisse flagitia occipiat.
Enimvero omnium illi in se rectissimè consulunt, qui in quo decurrere quasi virtutis
stadio sat agunt, de eo exempla aliorum similia sibi proponunt. Sic enim, ut de infinitis
vnum atque alterum attingam, & Epaminonda Thebani imitatio summos reddidit
bellatores Timoleonem Corinthium, Philippum Macedonem & Philopæmenem
Arcadem: & Xenophontea τὸ Κόρυς τῶν ἀσπίδων continentissimum Imperatorem Sci-
pionem Africanum.

Cum igitur nuper fortè annales Helmoldi, quem sacerdotio perfunctum (vulgò
Presbyterum & Pastorem vocant) in vico Butzoe agri Lubecensis accepimus tem-
poribus HENRICI Leonis, à quo illustris. Ducum Brunsvic. & Lunaburg. domus
reliqua est, in manus sumsissem, & id operã dedissem, ut typis prodirent, excerpfi inde
ADOLFI II. Comitæ Nordalbingiæ Holsatorum & Stormariorũ historiam. Digna
enim visa est, quæ separatim ederetur: Vt si quem fortè integrum expositionis corpus
defatigaret, in hoc veluti amœno diuerticulo se recrearet. Nò autem è τὸ ἀποδῆξαι hoc
loco de Adolfo animus est: Et quibus idem maioribus editus sit, quam posteritatem re-
liquerit, infra è Crancio dabimus. Hoc optãrim, sepeper Germaniam nostram herois
illius quàm similes procreare: Quippe qui & religionis studio singulari enituerit, &
cum armorum tractatione cum exquisitam in litteris eruditionem tũ multarum lin-
guarum cognitionem coniunxerit. Vt capere de ipso exemplum ac documentũ liceat,

EPISTOLA DEDICATORIA.

quales in toga, quales in armis Principes esse oporteat. Nunc de Nordalbingia, cui cū imperio Adolfus præfuit, addo, intelligi ea ad Cimbricam Chersonesum tractum, quē Albis & Oceanus Germanicus claudit. In qua Helmoldus gentes nominavit: Holsatos, Stormarios & Ditmarsos. Eadem Caroli Magni armis edomita, primum Franciscis deinde Principibus Saxonie paruit. In quibus **LOTHARIUS Cæs.** Holsatiam & Stormariam Adolfo Schaumburgio, quem nos primum nominamus, attribuit. Nam Ditmarsiam peculiarem tum Comitem suum retinuisse, ex Helmoldo planum sit. Et quæ postmodo prouinciam illam mutationes exceperint, Crancius narrat, & liquidius eo libello explanatur, qui de bello Ditmarsico superioribus annis prodijt. Mansit autem deinde Holsatia & Stormaria Adolphi familiae. De qua cognoscere omnia plenius uolentem ad Crancij expositiones remittimus.

Inscripsi autem hanc qualiscunque industriae opellam nostram Excelsitati **V. religiosiss.** Antistes, illustres & generosi Domini, quod à conditore Adolfo genus & originem ducatis, neq; summi herois memoriae non studere Excels. **V.** uehementer possit. Si enim externos ob uirtutem admiramur, quanto magis hoc de domesticis fieri conuenit? cū in illis finis tantum cognitio insit, hi decus proprium pariant atq; complectantur. Me quidem ut appellere ad hanc explicationem animum ceperim, tum debita illustri genere editis, atq; in primis de repub. præclare meritis obseruantia, tum erga patriam communem Saxoniam pietas permouit. Nota enim huius in gentes præcipuas tres, hoc est, Ostualos, Angriarios & Westualos distinctio uetus. In quibus singulis ut hodie etiamnum illustris Schaumburgia domus possessiones retinet; ita Angriarijs & Westualis in Archiepiscopis Coloniensibus principes aliquot lectissimos dedit. Accedebat & hoc de Excels. **T.** peculiare, Adolfe Comes, quod quo tempore Vitebergæ opt. artium studijs operâ daret, eadem academia me etiam alumnum habuerit. Proinde uoluntate Excels. **V.** dignabitur officium nostrum clementi, neq; suo iure ueteres lares serosq; nepotes quasi postliminio repertem **Ἐν τῷ ἱερῷ τῆς πόλεως** tecto excludet. Ego ubi hoc **ἡμεῖς** nostrum non plane ingratum fuisse perspexero, ad maiora deinceps in illustris domus uestra historia aggredi conabor. Habet enim illa in quem ingenium excurrat ueluti campum amplissimum: Et decēs scilicet, atq; pius est patriæ facta referre labor, secundum Poetam, pius itidem & cum ampliss. fructu

coniunctum, in illustrium familiarum memoria celebranda operam

ponere, Excels. **V.** bene & feliciter ualeat. Francofurti

ad Viadrum **M. VII. br. D. VII.**

CIO. IO. LXXIX.

HISTO.

HISTORIA

DE VITA ET REBUS GESTIS

ADOLFI II. COMITIS NORDALBINGIÆ, HOLSA-
TORVM ET STORMARIORVM, &C. EXCERPTA DE
Annalibus Helmoldi, Presbyteri Butzouienſis.

EX LIBRO I.



N diebus illis obiit Comes Adolfus (fuit hic in Nordalbingis eius nominis primus) habuitq; duos filios. Quorū senior Hartungus vir militaris, habiturus erat Cometiā. At iunior filius Adolfus literarum studijs deditus erat. Contigit autē Imp. Lotharium cum grandi expeditione ire in Bohemiam, vbi interfecto Hartungo cū multis nobilibus, Adolfus accepit Cometiā terræ Nordalbingorum, vir prudens, & in diuinis & humanis rebus exercitatissimus. Præter fa-

CAP. 50.
Mors Adolphi primi.

Hartungus, Adolphi F. Adolphi II. eiusq; elogium.

cundiam enim Latinæ & Teutonicæ linguæ, Slauiçæ nihilominus linguæ gnarus erat. Ericus, frater Canuti regis, natus de concubina, Dania exturbatus, confugit in ciuitatem Sleswich. Illi autem memores bonorum, quæ impenderat eis Canutus, receperunt virum, parati pro eo ferre mortem & exterminium. Quamobrem Nicolaus, & filius eius Magnus, præceperunt omni populo Danorum, vt descenderent ad pugnam, Sleswich, creuitq; obſidio in immensum. Porro lacus ille, qui ciuitati adiacet, glacie cōcretus, peruius erat, impugnaveruntq; ciuitatem terra mariq;. Tunc Slesuicenses miserunt nuncios ad Comitem Adolpum, offerētes ei centum Marca, vt cum gente Nordalbingorum ciuitati præsidio foret. Sed & Magnus tantundem obtulit, vt bello abſtineret. Inter hæc Comes incertus quid ageret, consuluit maiores prouinciæ. Illi consulerunt, ciuitati subueniendum, eo quod mercibus eius sæpe potirentur. Congregato ergo exercitu Adolfus Comes transiit Egdoram fluuium, vltimumq; ei fuit paululum subsistendum, quousq; vniuersus cōueniret exercitus, eundemq; in terram hostilem cum diligenti cautione. Sed populus prædarum audius, retineri non potuit. Tanta festinatione præterlapsi sunt, vt venientibus primis ad syluulam Thieucla, nouissimi Egdoram fluuium vix attingerēt. Audito ergo Magnus Comitibus aduentu, elegit de exercitu mille loricanos, abijtque in occursum exercitus, qui exierat de Holzatia, & commisit cum eis prælium. Et fugatus est Comes, percussiq; populi Nordalbingorū attritione maxima. Comes autem, & quotquot fugerant de acie, reuerſi per Egdoram saluati sunt.

CAP. 52.

Ericus, notus Canuti frater & ultor. Nicolai & Magni expe-ditio in Slesuicenses. Adolphi a partibus sollicitatus, coniungit se cum Slesuicensibus.

Thieucla syluula. Magnus hostis prælio excipit.

CAP. 55.

Lotharij Caesaris mors. Contentio Henrici Bauari & Alberti Vrsi. Conradus III. Caf. Alberti in occidentali Saxonia successus.

Adolfus C. finibus pulsus. Henricus de Badvide.

CAP. 57.

Henricus Bauarus recuperat Saxoniā ab Alberto. Adolphi C. rediit. Henricus C. Sigebergā & Håburga arces destruxit.

Statim vt corpus defuncti Cæsaris (Lotharij Saxonis) perlatum est in Saxoniam, & Litturæ tumulatum, ortæ sunt seditiones inter Henricum regis generum & Adelbertū Marchionem, contendentium propter Ducatum Saxonie. Conradus autem rex in solium regni leuatus, Adelbertum in ducatu firmare nifus est, iniustum esse perhibens, quenquam principum duos tenere ducatus. Nam Henricus duplicem sibi vendicabat principatum, Bauariæ atque Saxonie. Bellabant ergo hi duo principes, duarum fororū filij, intestinis prælijs, & commota est vniuersa Saxonia. Et quidem Adelbertus præripiens castrum Luneburg cum ciuitatibus Bardewich, atque Brema, occidentali Saxonia potitus est. Sed & Nordalbingorum fines partibus eius appliciti sunt. Quamobrem Comes Adolphus prouincia pulsus est, eo quod fidem iuratam Imperatrici Rikense & genero eius, temerare noluiſſet. Cometiā eius, vrbes & seruitia Henricus de Badwide beneficio Adelberti affecutus est.

Postquam Henricus, gener Lotharij regis, auxilio socrus Rikenze Imperatricis ducatum obtinuit, & nepotem suum Adelbertum Saxonia deturbauit, Adolfus Comes redijt in Cometiā suā. Videns autem Henricus de Badewid, quia subsistere non posset, succendit castrum Sigeberg, arcemq; firmissimam Hammenburg, quam Comitibus Adolphi mater murato opere construxerat, vt esset firmamentū vrbi contra impetus Barbarorum. Hanc ergo domū, & quicquid nobile senior Adolfus construxerat, Henricus

HISTORIA DE VITA

2

Henrici ad-
uersus Conra-
dum Caf. ex-
peditio.
Mors.
Henricus Leo.
Gertrudis,
Lotharij Ca-
saris F. altera
nuptia.
Adolfus C.

Componitur
cum amulo
Henrico.

CAP. 58.

Instaurat Si-
gebergam.
Slauorum de-
solatos fines
colonus Ger-
manis obplet.

Holzati, eo-
rumq; fines.

Westuali.
Hollandi.
Frisij.

Bucu.

Cruco tyran-
nus.

Lubeconia
ab Adolfo
condita.
Nielotus
Obotritus.

Vicelinus ope
Adolfi pradia
Ecclesiastica
recuperat.

CAP. 60.

Bernhardus,
Abbas Cla-
reuallensis,
daupia rep-
res.
Conradus
III. Caf.

Adolfus C.
sanctimonie
Bernhardi
spectator.

fugam meditans, demolitus est. Post hæc Henricus Leo cœpit armari aduersus Con-
radum regem, duxitq; contra eum exercitum in Turingiam, ad locum, qui dicitur Cru-
ceburg. Bello itaque per inducias protracto, dux redijt in Saxoniam, & post non mul-
tos dies mortuus est. Obtinuitque filius eius Henricus Leo ducatum Saxonie, puer ad-
huc infantulus. Tunc Domina Gertrudis, mater pueri, dedit Henrico de Badewid Wa-
girensium prouinciam, accepta ab eo pecunia, volens suscitare pressuras Adolfo Com-
iti, eo quod non diligeret eum. Postquam autem eadem Domina nupsit Henrico, fra-
tri Conradi regis, & alienata est à negocijs ducatus, accessit Adolfus Comes ad Ducem
puerum & consiliarios eius, acturus causam suam super Wagirensi terra, preualuitque,
& iustiori causa, & auctiori pecunia. Dissensiones ergo, quæ fuerunt inter Adolfum &
Henricum, taliter compactæ sunt, vt Adolfus Sigeberg, & omni Wagirorum terra po-
tiretur, Henricus in recompensationem acciperet Rasesburg & terram Polaborum.

His verò in hunc modum ordinatis, Adolfus cœpit reædificare castrum Sigeberg,
cinxitque illud muro. Quia autem terra deserta erat, misit nuncios in omnes regiones,
Flandriam & Hollandiam, Traiectum, Westphaliam, Frieslandiam, vt quicumq; agrorū pe-
nuria arctarentur, veniret cum familijs suis, accepturi terram optimam, terram spacio-
sam, vberem fructibus, redundantem pisce & carne, & comoda pascuarum gratia.
Dixitq; Holzatis & Sturmarijs: Nonne vos terram Slauorum subegistis, & mercati eam
estis in mortibus fratrum & parentum vestrorum? Cur ergo nouissimi venitis ad possi-
dendum eam? Estote primi, & transmigrate in terram desiderabilem, & incolite eam, &
participamini delicijs eius, eo quod vobis debeantur optima eius, qui tulistis eam de ma-
nu inimicorum. Ad hanc vocem surrexit innumera multitudo de varijs nationibus: &
assumptis familijs cum facultatibus, venerunt in terram Wagirensium ad Comitem A-
dolfum, possessuri terram, quam eis pollicitus fuerat. Et primi quidem Holzatenles ac-
ceperunt sedes in locis tutissimis ad occidentalem plagam Sigeberg, circa flumen Tra-
ebenam: Campestria quoque Zwentineveld, & quicquid à riuo Sualen vsque Agri-
meson, & lacum Plunensem extenditur. Dargunensem pagum Westphali, Vtinen-
sem Hollandi, Susse Friesi incoluerunt. Porro Plunensis adhuc desertus erat. Alden-
burg verò, & Lutienburg, & cæteras terras mari contiguas dedit Slauis incolendas, fa-
ctique sunt ei tributarij. Post hæc venit Comes Adolfus ad locum, qui dicitur Bucu, in-
uenitque ibi vallum vrbs desolatæ, quam ædificarat Cruco olim tyrannus, & insulam
amplissimam, gemino flumine cinctam. Nam ex vna parte Trabena, ex altera Woch-
niza præterfluit, habens vterque paludosam & inuiam ripam. Ex ea verò parte, qua
terrestre iter continuatur, est collis contractior, vallo castri præstructus. Videns ergo
indultrius vir comperentiam loci portumq; nobilem, cœpit illic ædificare ciuitatem,
vocauitque eam Lubeke, eo quod non longè abesset à veteri portu & ciuitate, quam
Henricus princeps olim constituerat. Transmisitq; nuncios ad Nielotum, Obotritorū
principem, componere cum eo amicitias, omnes nobiliores donarijs sibi adeo adstrin-
gens, vt omnes ei obsequi, & terræ eius compacare certarent. Cœperunt ergo inhabita-
ri deserta Wagirensis prouinciæ, & multiplicabatur numerus accolarum eius. Viceli-
nus quoq; sacerdos inuitante pariter, & adiuuante Comite prædia recepit, quæ Lotha-
rius Imperator ad cōstructionem monasterij, & subsidium seruorum Dei iam olim ipsi
coram castro Sigeberg contradiderat.

Circa tempora dierum illorum ortæ sunt res nouæ, & toti orbi stupendæ. Præsi-
dente enim sanctissimo Papa Eugenio, Conrado quoque Tertio gubernacula regni
moderante, claruit Bernardus Clareuallensis Abbas, cuius fama tanta signorum fuit
opinionem celebri, vt de toto orbe conflueret ad eum populorum frequentia, cupien-
tium videre, quæ per eum fiebant mirabilia. Hic itaque egressus in Teutonicam ter-
ram, venit ad celebrem curiam Franckenuordt, quò tunc fortè Rex Conradus cum
omni principum frequentia festiuis occurrerat. Cùm ergo sanctus vir in Ecclesijs po-
situs curandis ægrotis in nomine Domini propensius instaret, astante rege, & summis
potestatibus, incertum erat inter tantas populorum cateruas, quid quis pateretur, aut
cui fortè subueniretur. Aderat illic Comes noster Adolphus, certius nosse cupiens ex
operatione diuina virtutem viri. Inter hæc offertur ei puer cæcus & claudus, cuius
debilitatis nulla potuit esse dubitatio. Cœpit ergo vir sagacissimus intentare solerter,
si fortè

si fortè posset in hoc puero sanctitatis eius experimentum capere. Cuius incredulitati, veluti diuinitus edoctus vir Dei, remedium prouidens, puerum præter morem iussit sibi applicari: cæteros enim verbo tantùm consignauit. Hunc verò exhibitum, manibus excepit, oculisque morosa contrectatione vilum restituit: Deinde genua contracta corripuens, iussit eum currere ad gradus, manifesta dans indicia recuperati tam visus quàm gressus.

*Miraculum
in puero ceco
& claudo.*

Audiens Niclotus, regulus Obotritorum, quia congregandus esset in breui exercitus ad destruendum eum, conuocauit vniuersam gentem suam, & cœpit ædificare castrum Dubin, vt esset populo refugium in tempore necessitatis. Dixitque nuncios ad Comitem Adolfum, commonens eum fœderis, quod pepigerant, simul etiam rogans præberi sibi facultatem colloquendi ei, & consilio participandi. Cumque Comes renueret dicens, hoc incautum sibi propter offensam principum, ille mandauit ei per nuncios, dicens: Decreueram quidem esse oculus tuus, & auris tua in terra Slauium, quam incolere cœpisti, ne quas patereris molestias Slauium, qui olim Wagirensium terram possederunt, & causantur se priuatos iniuste hæreditate patrum suorum. Quare ergo dissimulas amicum in tempore necessitatis? Nonne têtatio probat amicum? Hacenus continui manus Slauium, ne læderent te, nunc tandem libet retrahere manum, & permittere te tibi met, eo quòd fastidieris amicum tuum, nec recordatus fueris fœderis, & negaueris mihi faciem tuam in tempore necessitatis. Dixeruntq; nuncij Comitit ad Niclotum: Quòd Dominus noster hac vice non loquitur tibi, impedit ea quam nosti necessitas. Habe ergo adhuc gratiam fidei & sponsionis tuæ erga Dominum nostrum, vt si videris contra eum bella Slauium clam surgentia, præmunias eum. Et promisit Niclotus. Dixit ergo Comes habitantibus terræ suæ, habete cautelam iumentorum & substantiarum vestrarum, ne fortè rapiantur à furibus vel latronibus: de publico verò periculo meum erit prospicere, ne qua improuisi exercitus incurusione inuoluamini. Putabat enim vir sapiens, repentinas bellorum iacturas sese consilio conclusisse, sed res aliter cesserunt.

CAP. 63.

Niclotus.

Dubin.

*Adolfus C.
inconsultè Nī
cloti colloquiū
repudiat.*

Fides.

Sentiens enim Niclotus irreuocabilem esse iuratæ expeditionis profectionem, clam parat naualem exercitum, transmissosq; freto applicat classem ad ostium Trauenæ, percussurus omnem Wagirensium prouinciam, priusquam Saxonum exercitus infunderetur suis terminis. Trāsmisitq; vespere nuncium Sigebert, eo quòd promississet Comiti, præmunire eum, sed superuacua legatione: Comes quippe defuit, & nō erat tempus congregandi exercitum. Illucescente ergo die, qua Sanctorum Iohannis & Pauli passio veneranda celebratur, descendit naualis Slauium exercitus per ostium Trauenæ. Et ciues Lubicanæ vrbis audito murmure exercitus, in clamauerunt viros vrbis, dicentes: Audiuius vocem clamoris maximi, quasi vocem superuenientis multitudinis. Miseruntq; ad ciuitatem, & ad forum nunciare eis imminens periculum. Sed populus multipotatione ebrius, neq; strato neq; nauibus admoueri potuit, quousq; hostibus circumvallati, naues mercibus onustas iniecto igne perdidit. Interfectique sunt illic eo die ad trecentos & eo amplius viros. Rodolphus sacerdos, & monachus, dū fugeret ad castrum, præuentus à Barbaris, mille vulneribus confossus est. Porro hi qui in castro erāt, biduo atrocissimam obsidionem pertulerunt. Duæ quoque equitum turmæ omnem Wagirensium terram peruagantes, quicquid in suburbio Sigebert repererunt, demolitæ sunt. Pagum quoque, qui Dargune dicitur, & quicquid infra Trauenam à viris Westphalis, Hollandis, cæterisq; extraneis populis incultum fuerat, flamma vorax absumpsit. Feceruntque cædes vitorum fortium, qui fortè armis obistere tentassent, & duxerunt vxores eorum & filios in captiuitatem. Peperceruntque viris Holzatenibus, qui habitant vltra Trauenam ad occidentalem plagam Sigebert, substiteruntque in agris oppidi Cuzalinæ, & non adiecerunt vltra progredi. Villas præterea, quæ erant in campestribus Zwentineuelde, & extenduntur à riuo Sualen, vsque ad riuum Agrimefon, & lacum Plunensem, non deuastauerunt Slaui, nec quicquā attigerunt de substantijs hominum illic degentium. Sermo fuit eo tempore omnium ore pertritus, quosdam Holzatenium, hoc perturbationis malum conflasse propter odium aduenarum, quos Comes latè congregauerat ad incolendam terram. Vnde etiam communis iacturæ foli Holzati extorres inuenti sunt.

CAP. 64.

*Niclotus in
armis.*

Clades Lubecensium.

Dargune.

*Holati ab
hoste conseruati.*

Suspecti proditionis.

HISTORIA DE VITA

CAP. 67.

*Adolfus reuo-
nat fœdera cū
Niçlo et
Slauis.
Marcomanni.*

Comes autem noster conuulsas reparans amicitias, fecit pacem cū Niçloto, & cum cæteris orientalibus Slauis. Nec tamē integrè credebat eis, eo quòd fœdera prima uio-
lassent, & percussissent terram suam attritione maxima. Cœpit què consolari populum suum, quem vastitas hostilis attriuerat, orans eos, ne casibus aduersis cederent, hoc cog-
noscentes, quòd Marcomannos oportet duram habere patientiam, & prodigos esse sanguinis sui. In redimendis quoque captiuis deuotus extitit.

CAP. 68.

*Mortis in Da-
nia
Cades Erici
regis cogno-
mento Emun,
Trium regū
soboles ger-
men belli.
Ericus Spac
tutor regis
sobolis.*

Modicum temporis effluxit, quo Wagirensi terræ de præterita calamitate respirare concessum est, & ecce noua prælia surrexerunt ab Aquilone, quæ apponerēt dolorem dolo-
loti, vulnus uulneri. Occiso enim Erico, cui nomen erat Emun, remanserunt tria ge-
nimina regum, scilicet Suein eiusdem Erici filius, Waldemarum Canuti filius, Canutus Magni filius. Qui cū adhuc infantuli essent, consilio Danorum positus est eis tutor
quidam Ericus cognomento Spac, qui regnum cum regia sobole tutaretur. Fuitque vir ille pacificus, cum tranquillitate creditum sibi gubernans regnum, nisi quòd Slauorum
furijs minus obstitit. Nam latrocinia Slauorum eo tempore solito plus inualuerunt.

*Sueno, Erici
F. à tutorē
designatus.
Canutus Sue-
nonis emulus.
Waldemarus*

Sentiens autem Ericus appropinquare diem mortis suæ, conuocauit tres adoleſcentes regios, adhibitoque magnatum consilio, Suein destinauit ad regnum, Waldemarum
& Canutum hereditate paterna iussit esse contentos, ordinatisque taliter rebus, defun-
ctus est. Nec mora, Canutus Magni filius, rupta curatoris sui dispositione, conatus est
arripere regnum, mouitque contra Suenonem prælia magna. Porro Waldemarum par-
tes Sueni adiuuabat, & commota est uniuersa Dania, & uisa sunt magna signa in cælo
uersus aquilonem, species quasi ignearum facularum, & humani cruoris similitudo ru-
tilantis. Nec seſellerunt portenta. Quis enim ignorat strages factas, factas, inquam, in

Prodigia.

*Adolfus ab-
traq; factione
sollicitus
transit ad Ca-
nutum.
Sueno sui con-
tentum ul-
ciſcitur.*

eo prælio? Certabat ergo uterque regum asciscere sibi Comitem nostrum, miseruntque
nuncios cum donarijs, plura offerentes & ampliora promittētes. Complacuitque Com-
iti ad Canutum, habitoque colloquio, fecit ei hominum. Quod factum est zelatus
Suein, assumptaque manu armata, transiit in Wagirensē terram, & succendit Alden-
burg, & demolitus est omnem terram maritimam, & digrediens inde succendit subur-
bium Sigeburg, & quæcunque in circuitu eius erant, vorax absumpsit flamma. Huius
autem mali fuit author Ethelerus quidam de Thethmarſcia natus, qui diuitijs Danorū
subleuatus, omnem fortem de Holzatia sibi sociauerat, factusque ductor regis, volebat
Comitem prouincia pellerē, terramque eius addere regno Danorum. Quod factum
cū innotuisset Comiti, transiit ad Ducem, ut protegeretur ab eo. Nec enim in Holsa-
tia tuto cōsistere poterat, eo quòd increuissent homines Etheleri, qui insidiabantur vitæ
eius. Quicunq; uoluisset fieri homo Etheleri, ueniebat ut acciperet in munere Byrrum,
clypeum, uel equum, atq; donis huiusmodi corrupta, repleta est terra seditionis. Præ-
cepit ergo Dux omni populo Holzatorum & Sturmariorum, ut sicubi reperti fuissent
homines Etheleri, aut renunciarent hominio, aut prouincia secederent. Et factum est
ita: iurauitque omnis populus, stare ad mandatum Ducis, & obaudire Comiti suo. So-
ciatusque est sibi vir Holzatenſis in die illa, seditionis omnibus aut reductis in gratiam, aut
prouincia pulsus. Misit ergo Comes nuncios ad Canutum, suggerens ut quanto citius cū
exercitu ueniret, oppressurus Suein. Cui etiam occurrit cum quatuor millibus expedi-
torum, prope Sleswich. Fixeruntque castra longis ab inuicem spacijs. Morabatur autem
Suein in ciuitate Sleswich, cum non minima bellatorum manu. Videns ergo Ethelerus
Princeps exercitus Suein, quia duplicata sunt mala, multusque exercitus uenit ad obſi-
dendum eos, abiit ad Canutum in dolo, dataque pecunia Principibus seduxit adole-
ſcentiam Canuti, ut rediret in terram suam, inſcio Comite Adolfo, & dimitteret exer-
citem in locum suum. Præfixis quoque inducijs, ſpōndit se sine bello pacem Danis
redditurum. His ad libitum peractis, redijt Ethelerus Sleswich, manē pugnaturus cum
Comite, & percussurus eum repente. Eo uespere quidam familiarium Comitis erat
Sleswich, qui sentiens ea, quæ clam parabantur, transijt cum festinatione lacum, & ue-
niens in castra, dixit ad Comitem: Deceptus es, o Comes, deceptus atque pessunda-
tus es. Canutus enim, & exercitus eius, in quorum auxilio tu uenisti, reuerſi sunt in ter-
ram suam, & tu solus hic iaces. Ecce uenturus est Ethelerus diluculo pugnare te-
cum. Comes ergo supra quàm credi potest admirans imposturam, dixit ad suos:
Quandoquidem in medio myricæ consistimus, & equi nostri afficiuntur inedia,
bonum

*Ethelerus, Dit-
marſus, Adol-
fi hostis.*

*De hoc ho-
ſtis corrup-
tela.
Henricus Leo
Adolfi prote-
ſtor.*

*Holsati ad of-
ficiū rediit.*

*Adolfus Ca-
nuto manū
auxiliariam
adlucit.
Sueno.
Etheleri do-
lus hostilis.*

*Indicium tem-
pestiuum.*

*Adolfus ſer-
cipit ex hoſti-
co.*

bonum est nos hinc transire, locumque quærere castris opportunum. Sensit ergo exercitus, animum Comitis sinistra legatione concussum. Moueruntque castra de loco, qui dicitur Cuningisho, verteruntque iter versus Egdoram. tanta autem festinantia præterlapsi sunt, ut veniente Comite ad Egdoram de quatuor millibus expeditorum, vix quadringenti cum eo reperti fuerint, quos Comes adhortans, ait: Licet fratres & amicos nostros huius ignatos rei fugauerit casus timor, mihi tamen vtile videtur, nos hinc consistere propter custodiam terræ nostræ, quousque directis nuncijs, certius cognoscamus, quid aditent hostes nostri. Statimque misit nuncios, qui veritatem perferrent. Quibus apud Sleswich comprehensis, & in vincula cõiectis, dixit Ethelerus ad regem Dominum suum. Iam nunc festinandum est, & eundem cum exercitu, quia facile est, tradatur Comes iste desolatus in manus nostras. Quo percusso, transibimus in terram eius, & abutemur ea prout libuerit. Et abierunt cum manu forti. Comes ergo irritatus, quia nuncijs iuxta placitum non venissent, alios misit nuncios, qui visis hostibus cum celeritate nunciauerunt Comiti. Ille licet intus morderetur suorum paucitate, elegit tamen, virtutis intuitu, conflare, dixitque ad socios: En tempus est, ô socij, quo comperendum sit, vbi sit vir audax, & virtutis continens, qui ruinas pronus excipere velit. Sapius mihi quidem à nostratibus obiectum est cum insultatione, quasi cor muliebre & fugax habuerim, qui bellorum iacturas plus lingua quàm manu propulerim. Et hoc quidem non imprudens egi, quoties bella sine sanguine caueri poterant. Nunc autem, quia immanius periculum indiget opera manuum, videre iam fas est, si fœmineus mihi, ut dicitis, insit animus. Quin potius videbitis, dante Deo, mihi cor inesse virile: Animum a quior autem ero, si vestra concors mecum fuerit voluntas, si defensionem patriæ mecum coniurata manu steteritis. Hoc enim loco præsidium pugnae flagitat, & fugæ recundia, & certissimum patriæ excidium. Hæc cum perorasset Comes, gratulati sunt socij, grandique iuramento se obligauerunt, ut starent firmiter pro salute iuimet & patriæ. Præcepit ergo Comes effringi pontem, & posuit custodiam in locis quibus permeabilis erat fluuius. Venit autem nuncius, qui diceret hostes transduci prope villam, quæ dicitur Scullebi. Facta ergo oratione ad Deum, Comes festinauit pugnare cum his, qui transducti fuerant, priusquam vniuersus transiret exercitus. Statimque vbi congressi sunt, Comes equo deiectus est, & fuerunt ei præsidio duo milites, qui subleuatum equo restituerunt. Et fuit pugna vehemens, & victoria vtrinque ambigua, quousque vnus partium Comitis proclamauit, ut poplites equorum, quos hostes infidebant, fortiter cæderentur, factumque est, ut cadentibus equis, fessores quoque loricati collaberentur, gladijsque nostratum protriti sunt, & cecidit Ethelerus, & cæteri nobiles aut occisi sunt aut capti. Quod videns Rex ex altera ripa fluminis, & qui cum eo erant, petijt fugam, & reuersus est Sleswich. Sed & Comes reuersus est, clarus victoria, habens captiuos insignes, quorum pecunia debitis suis aliquantisper alleuiatus est. Habuitque de cætero præcipuam terram suam diligentiam. Quoties enim motionis aliquid insonuit, aut de Danis, aut de Slauis, statim collocauit exercitum in locis opportunis, videlicet Trauenemundæ, siue ad Egdoram. Fueruntque parentes mandato eius plebes Holzatorum, Sturmatorum & Marcomannorum. Vocantur autem vsitato more Marcomanni, gentes vndecunque collectæ, quæ Marcam incolunt. Sunt autem in terra Slauorum Marcæ quamplures, quarum non infima nostra Wagirensis est prouincia, habens viros fortes, & exercitatos prælijs, tam Danorum quàm Slauorum. Super hos omnes functus est Comes honore Cometæ, fecitque iustitiam populo suo, compacans dissidentia, & oppressos liberans de manu potentiorum. Clero fuit apprimè beneuolus, quem nec in facto nec in verbo passus est à quoquam iniuriari. Multum verò laboris adhibuit in edomandis rebellibus Holzatorum: gens enim libera & ceruicosa, gens agrestis & indomita, detrectabat ferre iugum pacis. Sed vicit eos altior sensus viri, & philosophatus est in eis. Multis enim præcantationibus allexit eos, quousque duceret sub lorum, illos, inquam, onagros indomitos. Viderit, qui voluerit, faciem gentis huius immutatam, eos scilicet, qui soliti quondam fuerant, sequum caput abdere laruis, Et deprædandis tendere decipulas, furari quæ rapere non poterant, viderit, inquam, eos conuertisse mores, & reuocasse gressus ad iter pacis. Nonne hæc est mutatio dexteræ excelsi? Post hæc reconciliatus est Comes Suein, regi Danorum. Ille enim crebris prosperatus victorijs, Canutum eiecit de terra, & ad Saxones propulsum,

Cuningisho.

Exploratores intercepti. Ethelerus Sueonem ad prælium accendit.

Adolfus suos ad virtutem cohortatur.

Scullebi. Adolfus periculum.

Stratagemæ.

Ethelero cædes. Sueonem fugam. Adolfus victoria opportunam.

Marcomanni.

Adolfus fines.

Laudabilis respublica. Edomatio. Holzatorum contumaces aspecti.

Miserunt Adolfus multos.

Suein Adolfum in gratiam rececit. Canutus prosequens exulans.

apud Hartwigum Archiepiscopum, qui clarissimo genere natus, magna pollebat hereditate.

CAP. 70.

Hartwig Archiepiscopi irritus conatus.

Vicelinus Aldenburg Antistes designatus.

Emmehardus Megalburg.

Ira inter Adolsum C. & Vicelinum.

Hartwigus Archiepiscopus, propter generis nobilitatem duplici principatu clarus, magno studio enisus est pro recuperandis suffraganeis Episcopis, vniuersæ Daciæ, Norwegiæ, Suediæ, quos Hammenburgensi Ecclesiæ quondam pertinuisse, commemorat antiquitas. Sed cum obsequijs & varijs largitionibus nil profecisset apud Papam, & Cæsarem, ne omnino careret suffraganeis, aggressus est iam pridem abolitos Episcopatus Slauicæ suscitare. Accitum ergo venerabilem sacerdotem Vicelinum Aldenburgensi sedi consecrauit Episcopum, cum esset ætate prouectus, & mansisset in terra Holzatorum 30. annis. Porro in Mickelinburg ordinauit dominum Emmehardum, & consecrati sunt ambo in Rosseuelde, missique in terram egestatis & famis, vbi erat sedes Sattanæ, & habitatio omnis spiritus immundi. Factaque sunt hæc inconsulto Duce, & Comite nostro. Vnde accidit, vt amicitia, quæ erat inter dominum Vicelinum, & Comitem nostrum, deinceps turbata sit: Nam antea eum vt patrem venerabatur. Tulitque decimas omnes anni illius, quæ Pontifici nouo prouenire poterant, nec dimisit ex eis paruas reliquias.

CAP. 71.

Henricus Leo comparat se ad expeditionem Bauariæ.

Inaugurat Vicelinum & possessionibus donat.

Adolf C. in eundem amula munificentiis.

Fides & auctoritas.

Canutus ad arma redit.

Sueno amulū gemino pralio prostigat.

Adolf in Canutum benignitas.

CAP. 72.

Niclotus, Obotritus.

Kycini & Circipani rebelles.

Adolfus, popularium copiarū ductor.

In diebus illis congregauit Dux exercitum, vt abiret in Bauariam, & requireret ducatum, quem vitricus suus, Henricus, frater Conradi Regis occupauerat. Venit ergo ad eum Dominus noster Episcopus Vicelinus Luneburgi, rogās vt semper solebat, pro Episcopatus sui promotione. Cui Dux, faciam, inquit, quod hortamini, si ad nos respectum habere volueritis. Ad quem Episcopus, paratus sum, ait, propter eum, qui se humiliavit propter nos, meipsum in proprietatem dare alicui de cliētibus vestris, nedum volentis, cui dominus ampliolem inter principes contulit magnificentiam, tā generis, quam potentia. Et his dictis fecit quod necessitas imperabat, & suscepit Episcopatum per virginam de manu Ducis. Animæ quior autem factus Dux ait: Quia videmus vos obcedentes esse voluntati nostræ, oportet & nos sanctitati vestræ condignam gerere reuerentiā, & petitioni de cætero prouiores adesse. Sed quia nunc in procinctu sumus itineris, & ordinatio vestræ causæ prolixius tempus requirit, damus interim vobis villam Buzoe, quam petistis, cum sua pertinentia Dulzaniza, vt ædificetis vobis domum in mediō terræ nostræ, & præstolari possitis redditum nostrum. Tunc enim propicio Deo disponendis rebus vestris propensius instabimus. Rogauitque Comitem Adolsum, vt huic donationi præberet assensum. Cui respondit Comes, ex quo flexus est ad pietatem, decet nos voluntati eius occurrere, & pro posse nostro ei suffragari. Possessionē ergo, quam dominus Dux permisit Episcopo, & ego permitto. Insuper cedo de medietate decimarum, vt cedant in vsu Episcopi, non ex debito, sed ex gratia vestri, eo quod res Episcopales necdum ordinatæ sint. Commisit ergo Dux custodiam terræ Slauorum atque Nordalbingorum, Comiti nostro, compositisq; rebus in Saxonia, profectus est cū militia, vt reciperet ducatum Bauariæ. Porro ductrix, domina Clementia, remansit Luneburg, fuitq; Comes clarissimus in domo Ducis, & officiosus in obsequio ductricis, patrisq; cōsiliij. Quamobrem venerabantur eum principes Slauorum, maximè verò reges Danorum, qui laborantes intestino bello, certabant eum præuenire muneribus. Canutus enim, qui profugus exulabat apud Archiepiscopū, cōflato de Saxonia conductio exercitu, reuersus est in Daniam. Et additi sunt ei omnes penè, qui habitabant Iuthlandiæ. Hoc audito, Sueno contraxit maritimas copias, transmissoque mari, venit ad ciuitatem Wibergæ, & commiserunt reges prælium, & fusæ sunt copiae Saxonum, & ad interuentionem deletæ. Canutus fugalapsus venit in Saxoniam. Post modicum tempus, rursum venit in Daniam, & receptus est à Fresonibus, qui habitabant Iuthlandiæ, venienteque Sueno, & pugnavit cum eo, debellatumq; ad Saxones fugere compulit. Cui crebro per fines Holzatorum itineranti, Comes noster beneficis extitit, præbens conductum, & cætera humanitatis officia.

In diebus autem, quibus Dux aberat, venit Niclotus princeps terræ Obotritorum ad dominam Clementiam ductricē, Luneburg, & cōquestus est in facie eius, & amico rū Ducis, quia Kycini & Circipani paulatim rebellare cœperint, & obniti tributis iuxta morem persoluendis. Et destinatus est Comes Adolfus, & populus Holzatorū & Sturmariorū, vt adiuuarent Niclotū, & coercerent rebellionē contumaciū. Abijtq; Comes cum

cum duobus millibus, & amplius electorum. Niclotus quoque contraxit exercitum de Obotritis, & abierunt pariter in terram Kycinorum & Circipanorum, & peruagati sunt terram hostilem, omnia vastantes igne & gladio. Fanum quoque celeberrimum cum idolis, & omni superstitione demoliti sunt. Videntes autem indigenæ, quia non essent eis vires resistendi, redemerunt se immensa pecunia, defectumque vectigalium integrauerunt cum cumulo. Tunc Niclotus delectatis victoria gratias Comiti retulit amplissimas, reuertentemque prosecutus est ad extremitatem finium suorum cautissimam exercitui adhibens diligentiam. Ab eo die firmatae sunt amicitiae inter Comitem & Niclotum, habueruntque frequentius colloquium Lubeke, siue Trauenemondæ, pro commotis vtriusque terræ. Fuitque pax in terra Wagirorum, accepitque per gratiam Dei nouella plantatio sensim incrementum. Forum quoque Lubicense crescebat in singulis dies, & augebantur naues institorum eius.

Vna dierum illorum allocutus est Dux Comitem Adolphum, dicens: Perlatum est ad nos iam pridem, quod ciuitas nostra Bardewich magnam diminutionem ciuium patiatur propter Lubicense forum, eo quod mercatores omnes eò commigrent. Idem conqueruntur ij, qui sunt Luneburg, quod Sulcia nostra deuorata sit propter Sulciam, quam cepistis habere Thodeslo. Rogamus ergo, vt detis nobis medietatem ciuitatis vestrae Lubeke, & Sulciae, possimusque tollerabilius ferre desolationem ciuitatis nostrae. Alioquin praecipiemus, ne fiant mercationes de caetero in Lubeke. Non enim ferendum est nobis, vt propter aliena commoda, desolari patiamur haereditatem patrum nostrorum. Sed cum renueret Comes, reputans incautam sibi huiuscemodi conuentionem, mandauit Dux, ne de caetero haberetur forum Lubike, nec esset facultas emendi, siue vendendi, nisi ea tantum quae ad cibum pertinent. Et iussit mercimonia transferri Bardewich ad subleuandam ciuitatem suam. Sed & fontes salis, qui erant Thodeslo ipso tempore obturati fecit. Et factum est verbum istud Comiti nostro, & terrae Wagirensi in offensionem, & profectuum impedimentum.

Nec hoc praetermittendum videtur, quod dilatante Deo filius Ecclesiae, ordinatus est in Rasesburg Episcopus dominus Euermodus, praepositus de Magdeburg, deditque ei Comes Polaborum Henricus insulam ad inhabitandum prope castrum. Praeterea trecentos mansos resignauit Duci dandos in dotem episcopij. Porro decimas terrae recognouit Episcopo, quarum tamen medietatem recepit in beneficio, & factus est homo Episcopi, exceptis trecentis mansis, qui cum omni integritate tam reddituum, quam decimarum sunt Episcopi. Interfuit his rebus agendis Dominus Ludolfus, praepositus de Cuzelina, & dixit ad Comitem, praesente Comite nostro Adolfo: Quoniam Comes terrae Polaborum benefacere coepit erga Pontificem suum, decet vt noster Comes non faciat minorem partem suam. Ampliora enim de ipso praesumenda sunt, vt pote de homine literato, habente scientiam rerum Deo placentium. Tunc Comes noster secutus factum Comitis Polaborum, remisit de beneficio suo trecentos mansos, qui oblati sunt per manus Ducis in dotem Aldenburgenis Episcopatus.

Post haec abiit Episcopus noster Geroldus ad Ducem propter colloquium provinciale, quod laudatum fuerat Ertheneburg, & euocati venerunt illuc Reguli Slaui ad tempus placiti. Tunc adhortante Episcopo, Dux habuit verbum ad Slauios de Christianitate. Ad quem Niclotus Regulus Obotritorum ait: Sit Deus, qui in caelis est, Deus tuus, esto tu Deus noster, & sufficit nobis. Excole tu illum, porro nos te excolemus. Et corripuit eum Dux de verbo blasphemiae. De promotione vero Episcopatus & Ecclesiae, nihil amplius eo tempore actum est, eo quod nuper Italia rediens, totus quaestui deditus esset. Camera enim erat inanis & vacua. Redeuntem ergo Ducem Brunswich prosecutus est, & mansit apud eum diebus multis. Dixitque ad Ducem: Ecce iam toto anno in curia vestra sum, & sic vobis oneri, in Wagiram quoque veniens non habeo quod manducem. Cur ergo imposuistis mihi onus nominis huius vel officij? Melius mihi multo fuit antequam nunc. His prouocatus Dux, accersiu Comitem Adolphum, & habuit cum eo rationem de trecentis mansis, qui oblati fuerant in dotem Episcopij. Tunc designauit Comes Episcopo in possessionem, Vthine & Gamale, cum appendicijs eorum. Insuper praedio, quod dicitur Bozoe, adiecit duas villas Gothefuelde & Wobitze. In Aldenburg quoque dedit ei praedium commodum satis, & adiacens foro. Et ait Com-

Fanum barbaricum.

Nicloti gratitudo.

Amicitia cum Adolfo renouata.

Lubeke emporium.

CAP. 77. Bardewicum.

Lubeke. Saline Luneburg. Thodeslo.

Emporium Lubeke inhabitum. Adolfi cum Henrico L. similitas.

CAP. 78.

Euermodus alter Rasesburg. Episc. Henricus, Comes Polaborum, eiusque in Ecclesiam munificentia. Ludolfus.

Adolfus Com. opportunam conuentionem audit.

CAP. 84.

Henricus L. ordinum suorum conuentum agit. Nicloti Slaui & Regis.

πλεονεξία.

Geroldus ante pertasos.

Henrici L. ad eundem respectus. Possessiones ab Adolfo tradita.

es. Ea Dominus Episcopus Wagiram, & adhibitis viris industrijs æstimari faciat prædia hæc, quod defuerit de trecentis mansis, ego supplebo, quod superfuerit, meum erit. Veniens ergo Episcopus, vidit possessionem, & habita inquisitione cum colonis, apprehendit prædia hæc vix centum mansos continere. Quamobrem Comes fecit mensurari terram funiculo breui, & nostratibus incognito, præterea & nemora funiculo mensus est. Et ita fecit maximum agrorum numerum. Perlata ergo causa ad Ducem, adiudicauit Dux Episcopo dari mensuram iuxta moram terræ huius, nec mensurandas paludes aut sylvas robustiores. Multum ergo laboris adhibuit in requirendis prædijs his. Non per Ducem aut Episcopum requiri potuerunt, vsque in hodiernum diem. Hæc autem, quæ prædixi, conquisiuit Geroldus Episcopus, quotidie insistens principibus, opportunè, importunè, vt suscitaretur scintilla Episcopalis nominis in Wagira. Et ædificauit ciuitatem & forum Vthinæ, fecitque sibi domum illic. Quia autem congregatio Clericorum non habebatur in Aldenburghensi Episcopatu, præter eam quæ erat Cuzelinæ, quæ alio nomine dicitur Hogerestorff, annuente Duce fecit eos transmigrare Segeberg ad locum primæ foundationis, quatenus in solennitatibus, quando Pontificem oportet esse in populo, haberet in Clero supplementum. Quod licet Ludolfo præposito & fratribus videretur incommodum, propter tumultus fori, cesserunt tamen consilio maiorum, cui refragari locus non erat. Et fecit illic domum Episcopus. Inde progrediens adiit Archiepiscopum, cui etiam multa obsequia dependit, sperans sibi reddi Falderense monasterium, quod antecessor eius & fundasse & possedisse dinoscitur. Sed Archiepiscopus in partem Ecclesiæ suæ pronior, callidis sponsonibus deduxit virum, promittens ac inducians, ac tempus redimens. Mandauit autem Reuerendissimo viro Epponi præposito, ne penitus retraheret manum à subsidio nouellæ Ecclesiæ huius, sed subueniret Episcopo, tam in personis, quàm in cæteris adiumentis. Quamobrem Episcopus noster accersiuit de Faldera Brunonem sacerdotem (is enim defuncto Vicellino, Slauia decesserat) & transmisit eum Aldenburg, vt curaret salutem populum illius. Ad quod nimirum opus in diuino suscitabatur instinctu. Viderat namque nocturna visione Chrismale in manibus suis, de cuius operculo succreuerat nouella plena viroris, quæ confortata validam creuit in arborem. Quod nimirum pro sententia eius ita obuenit. Statim enim vt venit Aldenburg, aggressus est opus Dei cum magno seruore, & vocauit gentem Slauorum ad regenerationis gratiam, succidens lucos & destruens ritus sacrilegos. Et quia castrum & ciuitas, quæ olim Ecclesiæ & sedes cathedralis fuerat, deserta erat, obtinuit apud Comitem, vt fieret Saxonum colonia, & esset solatium sacerdoti de populo cuius nosset linguam & consuetudinem. Et factum est hoc nouellæ Ecclesiæ non mediocre adiumentum. Siquidem ædificata est Ecclesia honestissima in Aldenburg, libris & signis, & cæteris vtenilibus copiosè ordinata. Et restauratus est cultus Domus Dei in medio nationis prauæ ac peruersæ, anno quasi nonagesimo post excidium prioris Ecclesiæ, quod contigit occiso Godescalco pio Principe. Et dedicata est Ecclesia à Pontifice Geroldo in honore Sancti Iohannis Baptiste, astante & omnem deuotionem adhibente nobili Comite Adolfo, & Domina Machthildi eius pijsissima coniuge. Et præcepit Comes populo Slauorum, vt transferrent mortuos suos tumulandos in atrium Ecclesiæ, & vt conuenirent in solennitatibus ad Ecclesiam, audire verbum Dei. Quibus & sacerdos Dei Bruno iuxta creditam sibi legationem sufficienter administrauit verbum Dei, habens sermones conscriptos verbis Slauicis, quos populo pronunciret opportunè. Et in prohibiti sunt Slaui de cætero iurare in arboribus, fontibus, & lapidibus, sed offerebant criminibus pulsatos Sacerdoti, ferro vel vomeribus examinandos. In illis diebus Slaui quendam Danum suffixerunt cruci. Quod cum Bruno sacerdos renunciasset Comiti, ille vocauit eos in causam, & damno multauit, tulitque genus illud supplicij de terra. Videns ergo Geroldus Episcopus, quia in Aldenburg positum esset fundamentum bonum, suggessit Comiti, vt in pago, qui dicitur Susle, suscitaretur Ecclesia. Et miserunt illuc de Falderensi domo Deilanum sacerdotem, cuius spiritus stitabat labores & pericula in prædicatione Euangelij, missusque venit in speluncam latronum, ad Slauos qui habitant iuxta flumen Crempine. Erat autem illic piratarum latibulum familiare. Et habitauit inter eos sacerdos, seruiens Domino in fame & siti, & nuditate. His ita peractis, opportunum videbatur vt edificaretur Ecclesia in Lucelenburg, & Rathcoue,

*πλοονεζια.**δ'ημεικειν.**Vthina.**Cuzelinæ se collegij postliminio Sigebergam reuocatum. Ludolfus Præpositus.**Geroldus frustra repetit monasterium Falderense. Eppo.**Bruno.**Somnium omniosum.**Aldenburghi inslauratum colonia Saxonica.**Esus vastitas à Godescalci cede. Fani dedicatio. Adolfo C. machthildi uxor.**Vetus innocentie examē per candens ferrum. Supplicium crucis ab Adolfo sublatum. Susle.**Deilanus.**Crempine ff.*

thecoue, & abierunt illuc Episcopus & Comes, & signauerunt atria ædificandis Ecclesijs. Creuit ergo opus Dei in Wagirensi terra, & adiuuerunt se Comes & Episcopus opere vicaria. Circa id tempus reædificauit Comes castrum Plunen, & fecit illic ciuitatem & forum. Et recesserunt Slaui, qui habitabant in oppidis circumiacentibus, & uenerunt Saxones, & habitauerunt illic. Defeceruntque Slaui paulatim in terra. Sed & in terra Polaborum multiplicatę scilicet Ecclesię instantia Domini Euermodi Episcopi, & Henrici Comitis de Racesburg. Veruntamen prædas Slaui necdum inhibere poterant, siquidem adhuc mare transfretabant, & vastabant terram Danorum, necdum recesserant à peccatis patrum suorum.

Dani semper bellis laborantes domesticis, ad forinseca bella nullam habuere virtutem. Nam Suein, Danorum Rex, & uictoriarum prosperis successibus, & Cæsaris auctoritate firmatus in regnum, gente sua crudeliter abusus est, propter quod uiciscente Deo, nouissima eius infelici exitu conclusa sunt. Videns autem Kanutus, æmulus eius, murmur populi aduersus Suein, misit & uocauit Waldemarum, qui fuit patruelis & adiutor Suein, & sociauit eum sibi, data ei sorore in coniugio. Certior ergo factus de auxilio eius, innouauit aduersus Suein consilia mala. Cùm ergo esset Suein ex in Seland, uenerunt improuisi cum exercitu Kanutus & Waldemar, ut debellarent eum. Ille ergo propter crudelitatem suam desertus ab omnibus, quia non habuit vires confligendi, cum uxore & familia fugit ad mare, & transfretauit in Aldenburg. Quo recognito, Comes Adolfus uehementer extimuit, virum scilicet potentissimum, cuius frenum in maxillis populorum omnium Borealium nationum, repente deiectum. Cupienti ergo transire per terram suam multam exhibuit Comes humanitatem, diuertitque in Saxoniā ad focerum suum Conradum Marchionem de Within, & mansit illic annis fere duobus. In tempore illo Dux noster Henricus adijt curiam Ratisponę, ad recipiendum ducatum Bauarię. Siquidem Frethericus Cæsar eundem ducatum patruo suo abstulit, & reddidit duci nostro, eo quod fidelem eum in Italica expeditione, & ceteris negocijs regni persenserit. Et creatum est ei nomen nouum, Henricus Leo, Dux Bauarię & Saxonię. Peractis ergo rebus ad uotum, Ducem curia redeuntem, adierunt Principes Saxonię, interpellantes ut fieret Suein auxilio, & reduceret eum in regnum suum. Promisitque Duci Suein pecuniam immensam. Collecta ergo maxima militia, Dux noster hyemali tempore reduxit Suein in Daniam, & statim apertę sunt ei ciuitates Sleswich & Ripa. Non tamen ultra prosperari poterant in negotio. Nam Suein gloriatus sæpissimè apud Ducem, quia uenientem se cum exercitu Dani ultra essent expecturi. Quod iuxta sententiam eius minimè cessit. Nullus enim in tota Danorum terra fuit, qui reciperet eum, aut occurreret illi. Sentiens ergo ille, refragari sibi fortunam, & omnes fugere à se, dixit ad Ducem: Cassus est labor noster, melius est ut redeamus. Quid enim prodest, si vastauerimus terram, & spoliauerimus innocentes? Volentibus nobis cum hostibus conflare, locus non est, eo quod profugiant à nobis, & transeant ad interiora maris. Acceptis ergo obsidibus duarum ciuitatum, exierunt Dania. Tunc Suein alia via & consilio utens, statuit transire ad Slauios, & utens diuersorio Comitis Lubike, transijt ad Niclotum Principem Obotritorum. Præcepitque Dux Slauios in Aldenburg, & in terra Obotritorum, ut adiuuarent Suein. Acceptisque nauibus paucis uenit pacificus Lalande, & inuenit eos gratulantes de introitu ipsius, eo quod ab initio fuerint ei fideles. Inde transijt in Feoniam, & addidit eam sibi. Dehinc procedens in reliquis insulis minores, donis atque promissis addidit sibi quamplurimos, cauens infidias, & contutans se in locis firmissimis. His ergo recognitis, Kanutus atque Waldemar uenerunt cum exercitu, ut expugnarent Suein, & eijcerent eum de terra. At ille confederat in Lalande, paratus ad resistendum, simul etiam adiuuus firmitate locorum, mediante Domino Helia, Pontifice de Ripa, & Principibus utriusque partis, discordiæ ad pacem inclinatę sunt, & diuisum est regnum in tres partes. Et data est Waldemaro Luthlande, Kanuto Seland, Suein Scone, quæ uiris & armis præstantior esse probatur. Ceteras insulas minores partiti sunt euilibet pro sua opportunitate. Et ne pactioes irritarentur, iuramentorum adhibita sunt sacramenta. Posthæc Kanutus & Waldemar uenerunt conuiuium maximum in Selande, in ciuitate quæ dicitur Roschilde, & inuenerunt cognatum suum Suein, ut exhiberent ei honorem & recreationem, & con-

Adolfi & Geroldi concordia.

Plune.

Saxonum per Slauiam colonie.

Euermodus. Henricus C. Racesburg. Slauiorum piratica.

CAP. 85.

Somma in Danos, supra cap. 52.

Suenonis regis tyrannis. In eundem Canuti & Waldemari conspiratio.

Adolfi in exulem benignitas.

Conradus Marchio Wotiniensis. Henricus Leo recuperat Bauariam.

Ad eundem intercessionem pro Suenone. Expeditio Danica.

Slesuicum. Ripa. Suenonis insula. Elantia.

Pietas in patriam. Nona belli instaurandi consilia.

Niclotus Obotritus. Adolfus Comes Lalande. Feonia.

Waldemarus & Canutus in armis.

Elias antistes Ripensis. Pacificatio regni Danici diuisio.

Roschilde.

Suenonis per-
fidia.

Canuti cades.

Waldemarum
elapsus arma
capit.

Victoria eius-
dem de Sue-
none.

Regnum in
vniuersam
Daniam.
Amicitia cum
Adolfo.

CAP. 86.
Incendium
Lubicense.

Adolfus C.

Leuvenstadt.

Imperat nō
rogat, dum
rogat poten-
tior.

Lubecca Hen-
rico Leoni
permissa in-
stauratur.

CAP. 87.

Friderici Caf-
bellum Me-
diolanense.
Henricus Leo
pacem in fini-
bus suis san-
cit.

Iungit fœdus
& amicitiam
cum Walde-
maro Dano.
Interdicit Sla-
uū latrocinia.
Nicolotus.

Fraus hostilis.

Adolfus cum
Nicoloto fœde-
rā renouat.

Henrici L. co-
pie auxilia-
res.
Crumna.

solarentur eum super omnibus malis, quæ irrogauerunt ei in die hostis & belli. At ille pro ingenita sibi crudelitate, vbi conuiuio affedit, & vidit reges conuiuias impavidos, & omni suspicione vacuos, cœpit rimari aptum insidijs locum. Tertia ergo die conuiuij, cum iam tenebræ noctis adessent, annuente Suein, allati sunt gladij, & insipientes regibus incautis, Kanutum repente confodiunt. At vbi percussor leuauit ictum in caput Waldemari, ille fortius exiliens, lumen excussit, & saluante Deo in tenebris elapsus est, vno tantum vulnere saucius. Fugiens ergo in Iuthlande, vniuersam commouit Daniam. Tunc Suein contraxit exercitum de Selande, & insulis maris, & transfretauit in Iuthlande, vt expugnaret Waldemarum. At ille producto exercitu, occurrit ei in manu valida, & commissum est prælium non longè à Wiberge, & occisus est Suein in die illa, & omnes viri eius pariter, & obtinuit Waldemarum regnum Danorum, & factus est moderator pacis, & filius pacis. Et cessauerunt intestina prælia, quibus multis annis laborauerat Dania. Et composuit amicitias cum Comite Adolfo, & honorauit eum, secundum quod reges fecerunt, qui ante eum fuerunt.

In diebus illis Lubicensis ciuitas consumpta est incendio, & miserunt in flitores & cæteri habitatores vrbs ad Ducem, dicentes, Diu est, ex quo inhibitum est forum Lubike, autoritate iussionis vestræ. Nos autem hætenus detenti sumus in ciuitate hac spe recuperandi fori, in beneplacito gratiæ vestræ: sed nec ædificia nostra, multo sumptu elaborata, nos abire sinebant. Nunc verò consumptis domibus, superuacuum est reædificare in loco, vbi non finitur esse forum. Da ergo nobis locum construendi ciuitatem, in loco qui tibi placuerit. Rogauit ergo Dux Comitem Adolfum, vt permitteret sibi portum & insulam Lubike. Quod ille facere noluit. Tunc ædificauit Dux ciuitatem nouam super flumen Wochenicze, non longè à Lubeke, in terra Racesburg, cœpit que ædificare & communire. Et appellauit ciuitatem de suo nomine Lewenstat, quod dicitur, Leonis ciuitas. Sed cum locus ille minus esset idoneus & portu & munimento, nec posset adiri, nisi nauibus paruis, Dux iterato sermone cœpit conuenire Comitem Adolfum, super insula Lubicensi & portu, multa spondens, si voluntati suæ paruisset. Tandem victus Comes, fecit quod necessitas imperabat, & resignauit ei castrum & insulam. Et tunc, iubente Duce, reuersi sunt mercatores cum gaudio, desertis incommoditatibus nouæ ciuitatis, & cœperunt reædificare Ecclesias & mœnia ciuitatis. Et transmisit Dux nuncios ad ciuitates & regna aquilonis, Daniam, Suediam, Norwegiam, Rugiam, offerens eis pacem, vt haberent liberum comitatum ad eundem ciuitatem suam Lubeke. Et statuit illic monetam & teloneum, & iura ciuitatis honestissima. Ab eo tempore prosperatum est opus ciuitatis, & multiplicatus est numerus accolarum eius.

His ferme diebus accersit fortissimus Cæsar Fræthericus omnes Principes Saxoniarum, in obsidionem Mediolanensis ciuitatis. Opus ergo fuit Ducem nostrum negocijs publicæ rei solenniter adesse. Quapropter cœpit sopire discordias, quæ erant intra Ducatum, sapienter præcauens, ne tumultus aliquis consurgeret in Principum cæterorumq; nobilium absentia. Transmissis autem nuncijs, vocauit regem Danorum Waldemarum ad colloquium, & iunxit cum eo amicitias. Et rogauit Rex Ducem, vt faceret sibi pacem de Slauis, qui sine intermissione vastabant regnum eius, & pactus est ei amplius quàm mille Marcas argenti. Quamobrem præcepit Dux Slauos in presentiam suam venire, Nicolotum scilicet & cæteros, & adstrinxit eos præcepto & iuramento, vt seruariet pacem tam Danis quàm Saxonibus vsque ad reditum suum. Et vt pactiones ratae essent, iussit omnes piraticas naues Slauorum perducere Lubike, & nuncio suo præsentari. At illi propter solitæ temeritatis ausum, & vicinitatem Italicæ expeditionis, paucas admodum naues, & easdem vetustissimas obtulerunt, ijs quæ bello aptæ erant, callidè retentis. Igitur Comes, per manum seniorum terræ Wagirensis, Marchradum scilicet & Hornonem, conuenit Nicolotum, & exegit ab eo cum beneuolentia, vt fidem terræ suæ exhiberet illibatam. Quod ille fide digna compleuit. In hunc modum rebus compositis, profectus est Dux in Longobardiam, cum mille, vt aiunt, loriceis, habens in comitatu suo Adolfum Comitem, & multos nobiles Bauariæ atque Saxoniarum. Et perueniunt ad exercitum Regis, qui obsederat præsidium quod dicitur Crumna, pertinens ad Mediolanenses, munitum valde. Et morati sunt toto penè anno in expugnatione

tione præsidij, feceruntque machinas multas, & ignium iaculationes. Nouissimè expugnato præsidio, Cæsar conuertit exercitum ad Mediolanum: Dux verò accepta licentia, reuersus est in Saxoniam. At Comes Adolfus rogatus iuit in Angliam, cum cognato suo Domino Reinoldo, Colonienfi electo, qui functus est legatione publica ad Regem Anglorum. Et contristati sunt tam Clerus quàm populus terræ nostræ, propter diutinam absentiam boni Patroni. Slau enim de Aldenburg & Mikilinburg, compotes sui propter absentiam Principum violauerunt pacem in terra Danorum: fuitque terra nostra in tremore à facie regis Danorum. At noster Episcopus Geroldus, tum per se tum per nuncios iram regis mitigare studuit, inducijs tempus redimens vsque ad aduentum Ducis & Principum. Redeunte ergo Duce & Comite, præfixum est colloquium provinciale omnibus Marcomannis, tam Teutonicis quàm Slauis, in loco qui dicitur Berenuorda. Rex quoque Danorum Waldemarum venit vsque ad Erthenburg, & conquestus est Duci omnia mala, quæ intulerant sibi Slau præuicatores mandati publici. Et timuerunt Slau venire in præsentiam Ducis, eo quòd culpæ suæ essent conscij. Et dedit eos Dux in proscriptionem, & fecit omnes suos paratos esse ad expeditionem tempore messis.

Circa id temporis rogauit Dominus Geroldus Episcopus Ducem, vt sedes cathedralis, quæ antiquitus erat Aldenburg, transferretur Lubeke, eo quòd ciuitas hæc esset populosior & locus munitior, & omni prorsus aptitudine commodior. Quod cum placuisset Duci, condixerunt diem, quo venirent Lubeke, ordinaturi de statu Ecclesiæ & Episcopatus. Et designauit Dux locum, in quo fundari deberet Oratorium, in titulum Matricularis ecclesiæ, & areas claustrales, & statuerunt illic præbendas duodecim Clericorum canonicè viuentium. Porro teritiadecima Præpositi est. Et dedit Episcopus in stipendia decimas quasdam & tantum de redditibus, quos soluit Slauia, quantum præbendis sufficeret perficiendis. Et designauit Comes Adolfus villas opportunas prope Lubeke, quas statim Dux obrulit in vsum fratrum, & de teloneo, cuiuslibet fratrum marcas Lubicensis monetæ: insuper alia, quæ priuilegijs conscripta sunt, & in Lubicensi continentur Ecclesia. Et posuerunt illic Præpositum Dominum Ethelonem, cuius in pagina superiori memoria est cum laude.

Postquam transierunt obsidionis quinque vel eo amplius anni, Cæsar obtinuit Mediolanum, & eiecit habitatores eius ex illa, & destruxit omnes turres eius excelsas, & muros ciuitatis adæquauit solo: & posuit eam in solitudine. Tunc eleuatum est cor eius nimis, & timuerunt omnia regna terrarum ad famam nominis eius. Et misit ad regem Franciæ Ludouicum, vt occurreret sibi ad colloquium apud Laonam, quæ est in terra Burgundionum, iuxta Ararim fluuium ad redintegrandum vnitatem Ecclesiæ. Et annuit rex Franciæ. Præterea misit nuncios ad regem Daniæ, & ad regem Vngariæ, & ad regem Boiemæ, vt venirent ad constitutum diem: insuper omnibus Archiepiscopis & Episcopis, & summis potestatibus regni sui, & religiosis quibusque solenniter adesse mandauit. Grandis ergo expectatio erat vniuersorum, ad tam celebrem curiam, quo vterque Papa, & tanti terrarum reges conuenturi ferebantur. Tunc abierunt simul Waldemarum cum Episcopis Daniæ, Hartuwichus Archiepiscopus, Geroldus Episcopus, & Comes Adolfus, cum multis Saxoniarum nobilibus, ad præfixum colloquij locum.

Fuit in diebus illis pax per vniuersam Slauiam, & munitiones, quas Dux iure belli possederat in terra Obotritorum, cœperunt inhabitari à populis aduenarum, qui intrauerant terram ad possidendum eam. Fuitque præfectus terræ illius Guncelinus, vir fortis & amicus Ducis. Porro Henricus Comes de Racesburg, quæ est in terra Polaborum, adduxit multitudinem populorum de Westfalia, vt incolerent terram Polaborum, & diuisit eis terram in funiculo distributionis. Et ædificauerunt Ecclesias, & ministrauerunt decimas fructuum suorum ad cultum domus Dei. Et plantatum est opus Dei temporibus Henrici in terra Polaborum, sed temporibus Bernhardi filij eius abundantius consummatum. At viri Holzati, qui Wagirensium terram propulsis Slauis inhabitabant, deuoti quidem in Ecclesiarum constructione, & hospitalitatis gratia, sed decimis iuxta diuinum præceptum legaliter persoluendis, rebelles existebant. Soluebant autem mensuras paruulas sex de aratro, quod sibi dicebant permissum pro le-

Adolfi & Reinoldi Colonienfis legati Anglica.

Slau redeunt ad ingenium.

Geroldus antistes pacis sequer.

Henricus Leo redax suorum conuentum agit.

Berenuorda. Waldemarum rex Dan.

Slaui proscripti.

CAP. 90.

Episcopatus Aldeburg. an flore Geroldo Lubeam transferunt.

Adolfus C.

Ethelo, Præpositus Lubicensis.

CAP. 91.

Mediolani quinque mensis obsidio. Excidium.

E victoria insolentia.

Cæsar schismati tollendo sudet.

Waldemarum R. Dan.

Hartuichus Archiepisc.

CAP. 92.

Guncelinus.

Henricus C. Racesburg. colonie Westphaloræ ductor.

Bernhardus, Henrici F.

Holzati in Geroldum antistitem contumaces.

uamine, cum adhuc essent in terra natiuitatis suæ, propter viciniam Barbarorum, & tempus belli. Terra autem vnde exierant Holfati, pertinet ad Hammenburgensem Parochiam, & est terræ Wagirensis prouincia. Videns ergo Geroldus Episcopus, quia Polabi & Obotriti, qui erant in medio camini æstuantis, soluerent decimarum suarum legitima, proposuit à suis requirere similia. Communicato ergo consilio Adolphi Comititis, indomitos Holzatorum animos exhortatorijs per litteras verbis tentare studuit. Ad Ecclesiam ergo Burnhouede, quæ alio nomine Zuentiueld dicitur, vbi habitabat Marchradus senior terræ, & secundus post Comitem, & cætera virtus Holzatorum, misit literas in hunc modum. Geroldus Dei gratia Lubicensis Ecclesiæ Episcopus, vniuersis ciuibus ad Ecclesiam Burnhouede pertinentibus salutem & debitam dilectionem. Quoniam per Dei voluntatem Ecclesiastica mihi dispensatio credita est, & diuina legatione ad vos fungor, necesse est vt à bonis ad meliora vos perducere studiam, & ab his quæ sunt saluti animarum vestrarum contraria, vos abstrahere totis viribus elaborem. Deo siquidem gratias ago, quod multarum in vobis apparent virtutum insignia, quod videlicet hospitalitati & alijs misericordiæ operibus propter Deum insistitis, quod in verbo Dei promptissimi, & in construendis Ecclesijs solliciti estis, in legitimis quoque, vt Deo placitum est, castam ducitis vitam, quæ omnia tamen obseruata nil proderunt, si cætera mandata negligitis, quia sicut scriptum est: Qui in vno offendit, omnium reus est. Dei enim præceptum est: Decimas ex omnibus dabis mihi, vt bene sit tibi, & longo viuas tempore, cui obedierunt patriarchæ, Abraham scilicet, Isaac, & Iacob, & omnes qui secundum fidem facti sunt filij Abrahæ, per quod laudem etiam & præmia æterna consecuti sunt. Apostoli quoque & apostolici viri, hoc ipsum ex ore Dei mandauerunt, & sub anathematis vinculo posteris seruandum tradiderunt. Cum ergo Dei omnipotentis proculdubio hoc constet esse præceptum, & sanctorum patrum sit autoritate firmatum, nobis id incumbit negocij, vt quod vestre salutis deest, nostro in vobis opere per Dei gratiam suppleatur. Monemus ergo, & obsecramus omnes vos in Domino, vt mihi cui paterna in vobis cura commissa est, animo volenti, quasi filij obedientiæ acquiescatis, & decimas, prout Deus instituit, & Apostolica Banno firmavit autoritas, ad ampliandum Dei cultum, & ad gerendum pauperum curam Ecclesiæ detis, ne si Deo, quæ ipsi debentur, subtraxeritis, & substantiam simul & animam in interitum mittatis æternum. Valete. His auditis tumultuosa gens infremuit, dixeruntque se huic conditioni seruii nunquam colla submissuros, per quam omne penè Christicolarum genus pontificum pressuræ subiaceat. Præterea hoc adiecerunt, non multum aberrantes à veritate, quod omnes penè decimæ in luxus secularium cesserint. Quamobrem Episcopus verbum hoc retulit ad Ducem. At ille præcepit sub obtentu gratiæ suæ omnibus Holzatenis de terra Wagirensi, vt soluerent Episcopo decimas cum omni integritate, sicut faciunt in terra Polaborum, Obotritorum, quæ recentius incultæ sunt, & ampliori pulsantur formidine belli. Ad hoc præceptum Holzati obstinatis animis dixerunt, nunquam se daturus decimas, quas patres sui non dedissent, male se potius succensis ædibus proprijs egredi terram, quàm tantæ seruitutis iugum subire. Præterea Pontificem, cum Comite & omni aduenarum genere, quod decimarum soluit legitima, interficere cogitabant, & terra inflammata, transfugere in terram Danorum. Sed prauarum molimina rerum, Ducis nostri, regisque Danorum præpedierunt innouata fœdera. Laudatum autem fuit, ne quis transfugam alterius reciperet. Quapropter Holzatenes necessitate constricti, præsentem Ducem cum Pontifice tale pactum inierunt, vt facerent argumentationem decimarum, & soluerent de manso sex modios siliginis, & octo auenæ illius, inquam, modij, qui vulgo dicitur Hemmethe. Et ne succedentium fortè Pontificum innouatas paterentur angarias, rogauerunt, hoc Ducis atque Pontificis sigillo confirmari.

CAP. 93.

Filij Nicloti, Pribitzlaus atque Wertislaus non contenti terra Cycinnorum & Circipanorum, aspirabant ad acquirendam terram Obotritorum, quam Dux eis abstulerat iure belli. Quorum insidijs recognitis, Gunzelinus de Zuerin, præfectus terræ Obotritorum, intimauit Duci. At ille posuit eos rursus in indignationem & iram, & venit cum exercitu graui in terram Slauorum hyemali tempore. Porro illi confederant in vrbe Wurle, & munierunt castrum contra obsidionis impetum. Et præmisit Dux Gunzelinum,

Adolfus C.

Marchradus.

Littera Geroldi ad Holfatos.

Veteris Testamenti exemplum infulsè a legatis.

Holzatorum obstinatio.

Henrici L. edictum.

Institutum seditiosum.

Altercationis compositio.

CAP. 93.

Pribitzlaus & Wertislaus student rebus nouis.

Gunzelinus.

Henrici L. expeditio in Slavos.

Hus.

gelinum, & fortissimum quenque, vt præoccuparent obsidionem, ne fortè elaberentur Slauī. Ipse verò quantocyus secutus est cum reliquo exercitu & obsessa est munitio, in qua fuit Wertislaus filius Nicloti, & multi nobilium, insuper vulgus promiscuum multum valde. At Pribislaus senior natu, cum numero equitum transierat in abdita nemorum, percussurus de insidijs incautos. Et gauisus est Dux gaudio, eo quòd Slauī obfirmatis animis expectauerunt eum in munitione, & præbita sit ei facultas obtinendi eos. Et dixit ad iuniores de exercitu, quos præliandi stulta cupido incitabat hostem prouocare, & suscitare Bathalias: Quare quod superuacuum est acceditis ad portas vrbes, & struitis pericula vobismetipsis? Frustratorij sunt huiuscemodi congressus, atque ruinosi. Quin potius consistite in tabernaculis vestris, & habete custodiam obsidionis, ne quis elabatur. Nostri verò studij erit per Dei gratiam, vt sine tumultu & sine strage vrbe potiamini: & statim præcepit ex abundantia nemore ligna conduci, & aptari bellica instrumenta, qualia viderat facta Grimma, siue Mediolani. Fecitque machinas efficacissimas, vnam tabulatis compactam ad perfringendos muros, alteram verò, quæ excelsior erat, & in turris modum erecta, superexaltauit castro, ad dirigendas sagittas, & ad abigendos eos, qui stabant in propugnaculis. A die enim, qua erecta est hæc fabrica, nemo Slauorum ausus est proferre caput, aut apparere de propugnaculis. Ipso tempore Wertislaus grauius vulneratus est de sagitta. Quadam verò die perlatum est ad Ducem, quòd Pribislaus cum turma equitum apparuerit non longè à castris. Ad quem requirendum transmisit Adolsum Comitem, cum electa iuuenum manu, qui rota die paludes & nemora oberrantes neminem inuenerunt, delusi à ductore, qui maiorem hosti, quàm nostratibus fauorem accommodauerat. Præceperat autem Dux palulatoribus, ne quoquam exirent eo die, ne fortè in hostem inciderent. At Holzatorum quidam, vt sunt ceruicosi, non curauerunt de mandato, & egressi sunt ad frumentandum, & superueniens Pribislaus, & irruens super incautos, prostrauit ex eis ad centum viros, & qui fugerunt in castra. Quapropter Dux ira acriter instimulatus, feruentius vrget obsidionem, iamque munimenta claustrici cœperunt repidare minaci ruina, & suffossionibus dilabi. Tunc Wertislaus omni spe meliori deposita accepto conductu, venit in castra ad Comitem Adolsum, vt acciperet ab eo consilium. Cui respondet Comes: Sera quidem medicinæ consultatio est, quando æger desperatus est. Pericula nunc imminetia debuerant antea fuisse præuisa. Quis, quæso, tibi consilium dedit, vt obsidionis periculum incurreres? Magnæ fuit amentia ponere in neruo pedem, vbi non sit diuerticulum, vel vlla euasionis molitio. Nil ergo restat nisi deditio. Si quod potest esse compendium salutis, sola deditioe apprehendendum video. Et ait Wertislaus: Fac pro nobis verbum apud Ducem, vt sine periculo vitæ, & membrorum damno, admittamur deditioe. Tunc perrexit Comes ad Ducem, & alloquens eos, in quibus pendebant consilia, manifestaui eis negociū. At illi degustata principis voluntate, dederunt manus, vt quicumque Slauorum dedisset se in potestatem Ducis, membris & vita potiretur, ea tamen conditione, vt & Pribislaus ab armis discederet. Tunc conductu clarissimi Comitis exierunt de munitione Wertislaus, & omnes nobiles Slauorū, & venerunt ad pedes Ducis vniuscuiusque ensis super verticem suum. Et suscepit eos Dux, & reclusit in custodia.

Perfecta dedicatione noui monasterij, transijt dominus Archiepiscopus Segeberg, & illic vsus est diuerforio Comitum Adolphi. Postquam autem venit Lubeko, suscepit eum Dux, & Episcopus cum magna gloria, & aggressi sunt opus dedicationis, & obtulerunt singuli voluntaria cordis sui, Henricus Dux, Geroldus Episcopus, & Adolfus Comes, dederuntque prædia, & redditus, & decimationes in subsidia Cleri.

EX LIBRO II.

AVDIENS Henricus Leo Dux, labefactari res in Slauia, contristatus est animo, & misit interim robur militum Zuerin, ad custodiendum eam, & præcepit Adolfo Comiti, & maioribus de Holzatia, vt transirent Ilowe, & essent tutamen castris. Post hæc congregauit exercitum grandem, & vocauit cognatum suum Adelbertum, Marchionem orientalis Slauia, & omnes fortissimos totius Saxonie in auxilium, vt redderent.

Wertislaus
obsessus Wur-
le.
Pribislaus
equitatus.

Henricus Leo
prouidi Imper-
atoris mu-
nus obit.

Machine bel-
lica.

Wertislaus
sanciat.

Adolfus C.

Holzati palu-
tores à Pribi-
slauo cæsi.

Wertislaus
fide publica
venit in ca-
stra.
Adolfus au-
tor deditio-
nis.

Intereedit pro
hoste.

Deducit eun-
dem cū suis se
dedentem.

CAP. 94.
Segeberg.
Adolfus.

CAP. 4.
Henricus Leo
se ad bellum
parat.
Adolfus C.
Albertus Fr-
sus.

Waldemarus
R. Dan.

Wertislai rex
ignominiosa.

Guncelinus.
Reinoldus C.
Dutmarf.
Christianus
Comes Alden-
burg.

Denin opp.

Bugislaus
Cazimirus,
Pomeran. so-
cij Pribislai.
Adolfi inter-
cessio petita.

Slavorum Al-
deburg perfidi-
a.
Marchradisa
gacitas.

Adolfus ma-
turum confi-
limum respuit.


Fertur temere
in hostem.

Cadit cum
Remoldo C.


Guncelinus.
Christianus.

Imporati a
suis opem, ho-
stem victore
fundunt.


ret Slavis malum quod fecerant. Sed & Waldemarus, regem Danorum, adduxit cum
nauali exercitu, ut vexaret eos terra marique. Et occurrit Adolfus Comes Duci cum omni
Nordalbingorum populo iuxta Malacowe. Dux vero ubi transiit Albiam, & attingit ter-
minos Slavorum, fecit Wertislauum Principem Slavorum suspendio interfici prope vr-
bem Malacowe, eo quod perfundauerit eum frater eius Pribislaus, & praeparatus fu-
erit promissiones pacis, quas pactus fuerat. Et praeparavit Dux Adolfo Comiti per nun-
cium, dicens: Surge cum Holzatis & Sturmarijs, & cum omni populo, qui tecum est, &
praecedite Ducem usque in locum, qui dicitur Viruchne. Idem facturus est Gunceli-
nus praefectus terrae Obotritorum, & Reinoldus Comes Thetmarsiae, & Christianus
Comes de Aldenburg, qui est in Ammerland, terra Fresonum: hi omnes praecedente
cum armatorum numero, qui ad ipsos pertinent. Tunc abiit Adolfus Comes cum cae-
teris nobilibus, qui secum deputati fuerant iuxta imperium Ducis, & venerunt in lo-
cum, qui dicitur Viruchne, & distat ab vrbe Dimin ferè duobus miliaribus, & metati
sunt illic castra. Porro Dux & caeteri principes morati sunt in loco, qui dicitur Malaco-
we, secuturus post aliquot dies cum reliquo exercitu cum veredarijs ferètibz victua-
lia, quae exercitui sufficerent copiose. Vniuersus vero Slavorum exercitus confederat
in vrbe Dimin, fueruntque principes eorum Cazemarus & Bugislaus, Duces Pome-
ranorum, & cum his Pribislaus, autor rebellionis, miseruntque nuncios ad Comitem,
volentes per eum admitti ad conditiones pacis, & promiserunt tria millia Marcarum.
Rursum alios mittentes, promiserunt duo millia. Et displicuit verbum hoc Comiti A-
dolfo, & dixit ad suos: Quid vobis videtur, o viri sapientes? Qui heri promiserunt tria
millia Marcarum, nunc offerunt duo millia. Verbum istud non est quærens pacem, sed
adducens bellum. Miserunt ergo Slavi noctu speculatores in castra, explorare statum
exercitus. Aldenburgenses vero Slavi fuerunt cum Adolfo Comite, sed insidiosè. Nam
quæcunque gerebantur in exercitu, remandauerunt hostibus per manus explorato-
rum. Dixerunt ergo Adolfo Comiti, Marchradus senior terræ Holzatorum, & caeteri,
qui intellexerant verbum absconditum: Auditum certissimo comperimus, quod hostes
nostri praeparant se ad bellum. Porro nostrates segnius agunt, nec in vigilijs, nec in cu-
stodijs debitam adhibent diligentiam. Adhibe ergo cautionem populo, eo quod Dux
bene praesumat de te. Et dissimulauit Comes, caeterique nobiles, & dixerunt: Pax & se-
curitas, emortua est enim virtus Slavorum. Defecit ergo in exercitu custodia. Moram
autem faciente Duce, defecerunt exercitui alimenta, & destinati sunt pueri, qui debe-
rent ire ad exercitum Ducis propter victualia afferenda. Quibus primo diluculo iter
aggressis, ecce in ascensu cliui apparuerunt cunei Slavorum cum populo innumerabili,
tam equitum quam peditum. Quibus visis, retorsere pedem pueri, & clamore valido
dormientem suscitauere exercitum. Alioquin omnes mortem somno copulassent.
Tunc viri illustres atque militares Adolfus atque Reinoldus cum paucissimis Holza-
tensium atque Thetmarsiensium, qui fortè somno exciti maturius accurrerant, exceperunt
hostes in descensu cliui, & contrita est prima acies Slavorum ab eis, & percusserunt
eos usque ad interiora stagni. Quos è vestigio subsecuta secunda Slavorum acies, ope-
ruit instar montium, & percussi sunt Adolfus Comes, & Comes Reinoldus, & fortissimi
mi quique ceciderunt. Et obtinuerunt Slavi castra Saxonum, & diripuerunt praedas
castrorum. Porro Guncelinus & Christianus, & cum eis amplius quam trecenti milites
conglobati in vnum, continebant se in latere pugnae, ignorantes quid agerent. Formi-
dolosum quippe erat congregari cum tanto hoste, omnibus scilicet socijs aut interfectis,
aut in fugam disiectis. Accidit ergo, ut cuneus quidam Slavorum veniret ad tabernaculum
quoddam, ubi multi erant armigeri, & equi plures. Quibus expugnandis cum va-
lentius instarent, armigeri clamauerunt ad dominos suos, quorum globus fuit è vicino.
Quid statis, o fortissimi milites? & quare non succurritis seruis vestris? rem, vtique tur-
pissimam agitis. Qui concitati clamore seruorum suorum insilierunt in hostes, & quasi
caeco furore pugnantes, liberauerunt pueros suos. Deinde castris fortius immerfi, dif-
ficile dictu est, quantos ictus dederint, vel quantas strages hominum fecerint, donec vi-
ctrices illas Slavorum acies disijcerent, & reciperent castra, quae perdiderant. Denique
miscuit Deus Slavis spiritum vertiginis, & ceciderunt de manibus optimorum militum.
Et audierunt Saxones, qui erant in latibus, & egressi sunt, & resumpta audacia fortiter
infusi




Illustriff. familiae Schaumburgiae stemma è Crancij Saxonia.



Illustriff. familiae Schaumburgiae stemma è Crancij Saxonia.





infusi sunt hostibus, & percusserunt eos attritione magna nimis, & repletus est campus ille aceruis mortuorum. Et venit Dux festinanter, ut fieret suis presidio, & vidit ruinam, que facta est in populo suo, & quia mortuus est Comes Adolfus, & fortissimi quique, & resolutus est in lachrymas multas. Sed dolorem eius mitigauit copiosior victoria, & caedes Slauorum maxima, qui ad duo millia & quingentos connumerati sunt. Precepit ergo Dux, corpus Adolphi Comitis concidi frustratim, & assum condiri opere pigmentarij, quo posset circumferri, & patris inferri monumentis. Et impletum est vaticinium, quod cecinit pridie quam pateretur, sepius reitans versum: Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.

Henricus Leo
suorum strage
miseratur.

Adolphi cada-
uer dissectum
& assum.
Omen.

CAP. 5.
Legatio Gra-
corum ad Hen-
ricum L.

In diebus illis venit nuncius in terram Slauorum, qui diceret Duci: Ecce legatus regis Græciæ cum multo comitatu venit Brunswich, loqui tibi. Ad hunc audiendum Dux egressus est Slauiam, omisso exercitu, & prosperis expeditis successibus, alioquin propter Comitis mortem importunam, conuocata fortitudine, omne robur Slauorum consumpsisset, usque in finem, & fecisset terram Pomeranorum, socios Obotritorum. Omnis ergo terra Obotritorum, & finitimæ regiones, quæ pertinent ad regnum Obotritorum, assiduis bellis, maximè verò hoc nouissimo bello, tota in solitudinem redacta est, domino scilicet fauente, & dextram pijsissimi Ducis confortante. Si quæ Slauorum extremæ remanserant reliquæ, propter annonæ penuriam, & agrorum desolationes, tanta inedia confecti sunt, ut congregatim ad Pomeranos siue ad Danos confugere cogerentur, quos illi nihil miserantes, Polonis, Sorabis atque Boëmis vendiderunt. Postquam ergo Dux exiens Slauia, dimisit exercitum, vnumquenque in sua, corpus Adolphi Comitis perlatum est Mindin, ibique sancta deuotione reconditum. Cometiam verò tenuit Machtildis vidua eius, cum filio tenello. Et immutata est facies terræ huius, eo quod iustitia & quies Ecclesiarum sublato bono patre, penitus infirmata videretur. Ipso enim superstite, clero nihil durum, nihil asperum videbatur. Tantus erat fide, bonitate, prudentia atque consilio, ut vniuersis videretur constructus virtutibus. Hic vnus de bellatoribus Domini, & certè non infimus, in funiculo sortis suæ utilis inuentus est, extirpans idololatriæ superstitiones, & faciens opus nouæ plantationis, quod fructificet in salutem. Nouissimè peracto boni itineris cursu, peruenit ad palmam, portansque vexilla in castris Domini, stetit pro defensione patriæ & fide principum, usque ad mortem. Rogatus ut vitæ consuleret fugæ compendio, vehementer detestatus est, manibus pugnant, & voce Dominum orans, mortem libenter excepit, ob virtutis amorem. Huius æmulatione instigati illustres viri, & optimi Ducis boni satellites, Gunzelinus atque Bernhardus, quorum vnus Zuerin, alter Racesburg præerat, fecerunt & ipsi opus bonum in funiculo partis suæ, bellantes prælia Domini, ut suscitaretur cultus Dei nostri in gente incredula & idololatra.

Regni Obotri-
torum provin-
cia in solitu-
dine redacta.
Slauorum in-
teritio.

Adolphi se-
pultura.
Machtildis
uxor.

Elogium.

Gunzelinus.
Bernhardus.

F I N I S .



Bb iij

SYNOPSIS DE PRIMORDIIS ET PROPAGATIONE GENTIS SCHAVM-

BVRGIÆ: E SAXONIA CRANCI

lib. 8. cap. 26.




PER ÆPRECIVM fuerit, Comitum de Scowenburg & Holfatiæ lineam retexere, quantum permittitur ex priuilegijs & litteris reperitis: nam scriptorum nemo fuit, qui eam diligenter referret in litteras: Vnde veniam debet lector huic scribenti, sicubi fortasse in eius lineæ commemoratione impegerit. Igitur initium huius nobilitatis est ex industrio & forti viro militari Adolpho de Salingfleue: qui dum cœtus Imperij ageretur in Minda, frequens aderat in concilio Imperatoris. Annales Mindensium commemorant Conradum III. sed ratio temporum non patitur. nam iste Conradus Imperator institit Adolphum secundum Holfatiam pellere: quod suo loco diximus. Erat ergo Conradus II. Imperator, sub quo Adolphus meruit honorem Comitum, instante Mindensi Episcopo: cui plurimum apud Imperatorem aderat consilio & auxilio, pro iuribus Ecclesiæ: Dedit illi Pontifex feudum, de quo eum inuestierat Imperator: Inde est, vt vsque hodie progenies eius non recognoscat supra se principem, citra Imperatorem. Postea vacante Stormaria & Holfatia, Ludouicus tunc Dux Saxonie Adolpho eius nepoti, aut fortè pronepoti (intercesserat enim anni plures quàm centum) contulit eam quoque ditionem. Huius filius minor Adolphus successit in vtraque ditione: nam maior Hartungus in expeditione Boemica perijt. Hic est Adolphus, qui cæsus est à Wandalis in obsidione vrbis Demyn. Huius filius Adolphus, primi in Holfatia nepos, vir erat magnificus: qui pulsus Holfatia, militauit in terrâ sancta: restitutus, iterum pellitur ab rege Danorum: factus est Comes Stadenfis, finiuit in Scowenburg. Huic erant filij Bruno, Conradus, Adolphus. Bruno præpositus Magdeburgensis, fit Episcopus Olomucensis: Conradus successit in Scowenburg: Adolphus redijt in Holfatiam, puer, vt Holfati ferunt, impetratus à nobili domina, quod diximus. Sed Mindensium annales tradunt, illum ab Holfatis vocatum, cum iam paulatim vires resumerent. Hic est, qui victoriam obtinuit in Bornehouede, fugato Danorum rege. Idem militauit in Liuania: in fine ingressus est ordinem Minorum. Huic erant filij Iohannes & Gerhardus, qui ditionem Holfatiæ sunt partiti: nam Conradus patruus tenebat Scowenburg, Iohannes Wagriam, Gerhardus Holfatiam cum Stormaria acceperunt. Visa est Gerharo iniqua partitio, quod longè vberior esset pars Iohannis, bello rem dirimere tentabant: sed interuenit compositio, in qua verisimile est Gerhardum de successione patris in Scowenburg, qui prolem non reliquit, quietatum. Nam filij Gerhardi illam ditionem postea tenuerunt. Ex hoc loco scinditur amborum linea: Iohannes in Wagria, quæ ab Oldenburg in Lubicam, per Todeslo, Plone, Zegeberg comprehendit vberiore totius ditionis partem, permansit: Filium reliquit Iohannem, cum aliquantis fratribus: in quibus Iohannes secundus reliquit tertium, cum multis fratribus, cognomento Largum: Ex his fratribus erat Adolphus, in Zegeberg cæsus: Tertius Iohannes reliquit Adolphum, in quo stetit linea: cuius morte referentenberg cum pertinentijs venit ad Comites in Scowenburg: quod suo loco referemus. Ad lineam Gerhardi multipliciorem transeamus: Genuit Henricum & Gerhardum. Henricus in Holfatia permansit, multa gerens: Gerhardus peruenit in Scowenburg: & diu viuendo cæcitate percutitur: vnde nomen contraxit, vt cæcus cognominetur. Redijt in Holfatiam, Lubicæ finiens vitam: Reliquit filios Gerhardum, Adolphum, Henricum, Ottonem: duo nouissimi in Scowenburg remansere tumulati in monasterio Rintelen: Henricus reliquit Henricum filium eius nominis tertium: Gerhardus autem tertius, cum esset præpositus Lubicensis, subdiaconus, apostolica dispensatione mortuis fratribus duxit vxorem, & genuit ex ea Iohannem, in quo stetit illa linea. Adolphus genuit Adolphum, Ericum, Gerhardum: ex quibus Ericus, magno labore & armorum cõtentione, aduersus Ducem Brunswici Henricum obtinuit Episcopatum Hildesemensem: Adolphus mansit in Scowenburg: Gerhardus in Holfatia. Hic

Hic est ille Gerhardus, qui cum Iohanne fratruale Gerhardi tertij filio, in Thietmarsia pugnauit infeliciter, anno vicesimo secundo post mille trecentos. Henricus tertius genuit Gerhardum cum multis fratribus. Hic est, qui cognominatus est pro rerum claritudine Magnus, adolescentia eius tenuissima fertur fuisse, vt præter venaticos canes, nihil possideret, Rendesborg moratus. Vidit in eo specimen magni ingenij vir militaris, vt fertur: idem, qui Adolphum in Zegeberg perdidit, qui traditis Gerharo iumentis, eum instruxit ad militiam: cæsus est in Iutia. Adolphus in Scowenborg, cum se interponeret bello fratruelium suorum in Holsatia, ibi capitur, & ære suo redimitur. Is genuit Adolphum, Gerhardum, Simonem, Bernhardum & Ottonem. Ex Adolphis, (incertum quis) erat qui ducta vxore filia Mestiwoi Ducis Pomeraniæ, se Ducem scriberet Pomeraniæ: vt testantur, quæ extant litteræ cum sigillis. Adolphus primogenitus succedit in ditione patri in Scowenborg: Gerhardus fit Episcopus Mindensis: Ambo periêrunt itinere in terram sanctam, diuisis locis & temporibus: Simon hastiludio infirmatus, moritur: Bernhardus fit præpositus Hamburgensis: Otto patriam ditionem gubernat. Magnus Gerhardus reliquit filios, Henricum cognomento Ferreum: & Nicolaum, vindices paternæ necis. Nicolaus filium non reliquit: sed fratri superstes peruenit ad ea tempora, vt morte Adolphi in Wagria, interuentu principum, præsertim Ducis Saxonix, & multorum nobilium & militarium, daret Comitibus in Scowenborg tres præfecturas ad Albim: Hatesborg, Pinnenberg, Bermstede: vt Wagria iungeretur Holsatiæ. Henricus reliquit filios Gerhardum, primum Sleswici Ducem ex hoc genere, Albertum, Henricum. Albertus sine prole periit. Henricus eligitur Osnaburgensis Episcopus, sed non peruenit ad consecrationem: Otto in Scowenborg genuit Adolphum & Wilhelmum, in pueritia morientem. Is accepit, vt conijcio, ditionem primus in Holsatia, genuitque filias quinque: Adolphus filius, is est, qui militauit fratruelibus in Holsatia, cum magnam de Danis assequerentur victoriam in Holsatia. Gerhardus Dux periit in Thietmarsia: & reliquit filios, Henricum, Adolphum, Gerhardum: & filias, quarum vna denupsit Theodoro de Oldenborg Comiti, ex qua nati sunt, Christianus, Mauricius, Gerhardus. In Scowenborg Adolphus genuit Ottonem: Is, moriente Adolpho Duce, in Holsatia contendit ad successionem: sed Christianus de Oldenborg, iam Danorum rex, præcessit eum, vt potentia, sic fauore: Vnde factum est, vt Otto accepta pecunia conuiesceret. Filij eius multi, Adolphus, Ericus, Ernestus Episcopus Hildesemensis, Otto, Henricus Episcopus Mindensis, Bernhardus, Antonius, Iohannes. Viuunt hodie, Otto in Pinnenberg, Henricus, Antonius, Iohannes: hic solus filium habet Iudocum. Christianus reliquit filios, Iohannem Danorum regem, & Fridericum Holsatiæ & Sleswici Ducem. Hic est status rerum præsentium. Non te moueat lector, si qui præteriti sunt sine nomine: Successio quæ sita est.



Appendix.


 Vod deesse de Schaumburgia gentis propagine synopsi Cranciana videbatur, de eo non debuimus non hanc commonitionem nostram subycere, esse in recentioribus, qui inde & Comites Oldeburgios, & prapotentem Regum Dania ac Ducum Holsatia, &c. familiam deriuent. Quos hi sententia sua auctores, quæ monumēta sequantur, me præterit. Nisi fortè intelligi omnia de materni generis satum malimus. Nam Theoderico Oldeburgio Gerhardi eius filiam, qui primus ex Holsatia Comitibus Ducum dignitatem familiae suæ conciliauit, connuptam fuisse, hocque matrimonio tam Regum Daniae & Ducum Holsatia, quam Comitum Oldeburg. qui hodiernarum potiuntur, editam stirpem, constat. Quamquam neque paternam à me origo vel negatur, vel omnino in dubium vocatur. Et si quibus pro hac propugnare sententia libet, hos equidem rogatos magnopere velim, & auctores & monumenta, quibus illa astruitur, quam primum in lucem proferant. Sic enim & Schaumburgia gentis decus vindicabitur, & singulare historiae Germanicae lumen accedet. Crancius Metropol. lib. 2. cap. 30. hæc habet: Latam sobolem reliquit moriens Wedekindus (Rex Saxonum, dynasta Angriuariorum) ex quibus erant Comites de Ringelheim deque Oldeburg, &c. Cetera recentiorum, quibus idem asseueratur, testimonia, inque his Johannis Boceri, qui Oldeburg, familiae conditorem facit Regipbertum, Widekindi è Wigberto F. pronepotem, omitto. Neque hoc corollarium nostrum, quod neque ab instituto alienum, neque omnino inutile fore videbatur, lectori improbari, & meliora ab alijs dari, opto etiam atq; etiam.

